Universitätsbibliothek Paderborn

ELEGIA ET DEPLO-||randi hujus seculi querela,|| REVEREN=||DISSIMO ET IL-||LUSTRISSIMO PRIN-||CIPI AC DOMINO, DOMINO || JOHANNI GUILIELMO, JULIÆ,|| Cliviæ & Bergiæ Duci ... ||

Grest, Wessel de

Lemgo, [ca. 1584]

urn:nbn:de:hbz:466:1-34817

Visual Library

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Th. 5946.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Z
55

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ELEGIA ET DEPLO-
randi hujus ſeculi querela,

REVEREN-
DISSIMO ET IL-
LUSTRISSIMO PRIN-
CIPI AC DOMINO, DOMINO

JOHANNI GUILIELMO, JULIÆ, Cliviæ & Bergiæ Duci, &c. nec non Administratori MONASTERIENSI, &c. humiliter demiſſeq; conſecrata:

Auctore

VVeſſelo de Greſt, patricio BILVELDIENSI.

Matthæi 24.
Conſurget gens contra gentem, & regnum contra regnum, &c.

Et pauló poſt:
Quoniam abundabit iniquitas, refrigeſcet charitas multorum.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

De Heraclyto, cuius in sequenti folio
mentio facta est

Faustus Andrelinus

Si foret irrisor stulti Democritus orbis
Rideret vulgi pectora vana rudis.
Funderet oppositus largos Heraclytus imbres
Si foret humani naufraga vita gregis.
Scriberet hoc multa lacrimarum rubigine saeclum,
Adiaret et putri porta voluta fimo

REVERENDISSIMO, ILLUSTRISSIMOQUE PRINCIPI AC DOMINO, DOMINO IOhanni Guilielmo, Iuliacenſium, Clivorum & Montenſium Duci, Comiti Marchiæ ac Ravenſburgi, Domino in Ravenſtein: Nec non Adminiſtratori MONASTERIENSI optimo, Principi & Mecœnati ſuo clementiſſimo.

QUOTIESCUNQUE memoriam ad præteriti, aurei nimirum ſeculi, cogitationem excito: & contrà miſerrimam afflictiſsimorum horum temporum imaginem, rerum ꝗ omnium calamitoſiſsimum ſtatum penitius contemplor, reipſa comperio, inde uſque ab exordio mundi non fuiſſe deteriora ſecula, quàm ſunt hæc, in quibus nos tanquam in mari nimboſis ventis agitato miſerrimè nunc huc, nunc iſthuc fluctuamus. An non Sibillino folio verius eſt, his extremis diebus omniũ malorum ubique gentium eam eſſe magnitudinem, ut nihil penè illis accedere

Montium

poſſe videatur? Eò (proh dolor) res rediit, ut nihil tantam præ ſe ferat ſanctimoniam, quod homines cunctorum ſcelerum, libidinumque maculis notiſsimi violare non auſint: è diverſo nullum peccatum tam horrendũ, aut tanta cum turpitudine conjunctũ, quo ſe non ultró polluant; fraterna interim charitate ſic refrigeſcente, ut ne tenuis quidem ſcintillula ejus uſquam appareat; mundus hic tot, tantiſq; inauditis flagitiis refertus & oppreſſus ruinam minitetur. Nunc veré apparet, quod Euripides in Oreſte ſcriptum reliquit: Nulla eſt calamitas tanta, cujus intolerabile onus natura humana non cogatur ferre. Nónne undiquaque magno maximorum periculorum agmine ſepti, cinctiq; ſumus? & de noſtro capite comitia aguntur? Quid de ſcholis exſpectandum eſt periculi? Eò res tandem proceſſura eſt miſeriæ, calamitatis & perniciei, ut Eccleſiæ & Scholæ, propter Martis injuriam deſertæ jaceant, paſtores cum ovibus, & præceptores cum diſcipulis perniciosé Reipub. diſsipentur.

Qua de re cùm mecum cogitationem ſuſcipio, non poſſum non miſeræ & luctuoſæ hujus tempeſtatis acerbiſsimas ærumnas magnoperé

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

gnopere deplorare. Sed quis eſt, qui pro turbulentiſsimi temporis atrocitate deflere tantas calamitates queat? Si Heraclitus Philoſophus in hac languida mundi ſenecta vitam traheret, omniaq́; ſic perculſa & proſtrata jacere contemplaretur, nullum lugendi finem faceret. Etenim quàm miſerabili in ſtatu verſemur, cæteris cladibus innumeris omiſsis, vel ex eo, quód Chriſtiani ſemetipſos inteſtinis diſſenſionibus, ac bellis teterrimis: immó etiam plus quàm civilib. ita mutuó affligunt, ut omnem humanitatem penitùs exuiſſe, atque feris animantibus immaniores eſſe conſpiciantur, ſatis eſt perſpicuum: cúm nihilominus à crudeliſſimis Chriſtianæ fidei hoſtibus cælum terræ miſcentibus, nec non regnis eorundem ferro, flammaq́; exitium minantibus, tot millia malorum & calamitatum genera noſtris cervicib. impendêre, ut in illorum enumeratione difficilius ſit exitum, quàm principium invenire, vel cæco appareat? Quis eſt adeó hoſpes in his regionibus, cujus aures adeó peregrinentur, ad quem horrendi ac quotidiani rumores, qui de Turca vaſtatrice belua per univerſum terrarum orbem ſparguntur, non pervenerint?

Quis non fama atque auditione accepit, quám inclementer, inaudita, & plus quám diabolica crudelitate, deteſtabilique immanitate ſæviat? qua inſatiabili ſua immanitate hac civilium motuum occaſione uſus, poſt tot pulcherrima opulentiſsimaque regna, & præcipua quæque orbis Christiani propugnacula (quæ ut ſingulatim recenſere epiſtolæ brevitas non patitur: ſic quoque ſine ſummo dolore, gemitu, ac lachrymis, vix, & ne vix quidem narrare poſſem) á corpore ejuſdem Reipub. non abſque maximo detrimento avulſa, totam Europam ſpe & avaritia devoravit. Quod etiam conqueſtus Sabinus olim ita canens:

Qui prope cuncta ſuis cúm regna ſubegerit armis,
Poſſe ſuo ſperat me quoque Marte capi.

Nec quiſquam poteſt eſſe tam rationis & mentis inops, qui non intelligat, niſi gubernacula Romani imperii tractantes, periclitantibus per immaniſsimum, & ſummoperé formidabilem hoſtem Chriſtianis, in ipſius confiniis primo quoque tempore ſuppetias ferant: illisque viri fortiſsimi, ſtrenuiſsimi, & rei militaris peritiſsimi in auxilium mittantur: quanta inſtet intemperies, quantaque malorum Ilias

humeris noſtris immineat. Nemo eſt qui neſciat, nos in extremum diſcrimen horum ditionibus expugnatis lapſuros eſſe. Adhæc, quam calamitatem Ruſsiæ Monarcha (cujus ſævitia tanta eſt, ut nemo ſit, qui eam non oculis fugiat, auribus reſpuat, & recordatione ipſa perhorreſcat) filiæ Sion ſtruxerit; & quas Tragœdias in Livonia excitaverit? quis, oro, eſt tam ignarus rerum, tam rudis in Repub. noſtra, tam nihil unquam nec de ſua, nec de communi ſalute cogitans, cui vel mica ſani ſit cerebri, qui non perſentiſcat? ut interim barbaricam rabiem Tartarorum ſilentii velariis involvam. Veruntamen, ſi rem ad Critolai libram expenderimus, Deus Opt. Max. in his difficilimis bellorum civilium fluctib. ob ſummam populi ſui perverſitatem, & immenſa ſcelera meritas effuſus in iras, ut poeticé dicitur, juſtitiæ flagella in eum immittit: ut tandem aliquando hiſce caſtigationibus, ærumnis & miſeriis ad meliorem mentem redeat (ſi quidem Turcicam, Moſcoviticam & Tartaricam tyrannidem horribilis idolomaniæ, reliquorumq; peccatorum Europæ vindicem eſſe certó conſtat) atq; molitionib. inteſtinis ſopitis, adverſus

adverſus barbaros, & á fide orthodoxa alienos belli tumultus deflectat. Quamobrem autem adhuc Chriſtianos armis domeſticis ſeſe mutuó conficientes duriſsima, ignominioſa, ac perpetua ſervitute à Chriſti perſecutoribus acerrimis magno cum dolore, & commiſeratione videamus, ex reſponſo, quod Tyreſium Scipioni Africano dediſſe legimus, ratio eſt in promptu; qui Scipio Africanus, quum Numantinos ſæpe victores jam fregiſſet, obſeſſosque tandem oppugnâſſet: Tyreſium Imperatorem Celticum rogavit, qua de cauſſa Numantia, aut prius invicta, aut poſt everſa fuiſſet? Reſpondit Tyreſius: Concordia victoriam, diſcordia exitium præbuit. Non Apollinis magis verum, atque hoc reſponſum eſſe ſera nimium, multarumque Chriſti fidelium myriadum exitioſa obſervatione ac quotidiana experientia ſatis ſuperque docemur, & res ipſa loquitur, Unde recté quondam monuit Sabinus Cæſarem:

At prius externos, quam progrediaris in hoſtes,
Certa tibi pax eſt conſtituenda domi.

Quinimo idem Chriſtianis principibus, quod Cybindo cum Aquila, accidit, quemadmodum

Cymindus

Vide Chiliadas Erasmi fol 772

Est autem Cymindus nocturnus accipiter

Sabinus fol 278

Mutua discordes capiebant [illegible] [illegible]

Acris et altivolus [illegible] duobus erat

Vidit ut accipitrem grandi corpore Nisus

Unguibus et rostro dilaniabat aves.

modum Ariſtoteles memoriæ, poſteritatique prodidit. Cybindus (inquit) avis bellum internecinum gerit cum Aquila, adeó ut cohærentes ſæpenumero prendantur. Ita fit aliquoties, ut dum mutuum inter ſe odiũ pertinaciter exercent principes, utriꝗ ſubvertantur, tertio quopiam invadente. Itaque ne longiús abiiſſe puter, triſtiſsimo hujus noſtræ tempeſtatis ſtatui omnis Idæa mali adeſt; & velut in navi ſordes, ac quicquid ſuperflui ſqualoris collectum eſt, in fundo ſubſidit: Ita in hanc poſtremam delirantis, fatiſcentisꝗ mundi ſenectam, quicquid usꝗ fuit mali & infortunii, cumulaté redundavit, cunctaꝗ in profundum ultimarum miſeriarum adeó abjecta ſunt, ne ulla ſpes refulgeat, poſſe aliquando contingere, ut miſeranda hæc rerum omnium facies & imago in priſtinum habitum redigatur.

His igitur aliisꝗ, quas brevitatis ergó (ne epiſtolæ dedicatoriæ loco hiſtoriam ordiri videar) ſicco pede prætereo, cauſis accenſus: precib. etiam amicorum inductus; immó impulſu quorundam condiſcipulorum & familiarium, quibus hæc ſcribendi alea olim feliciter ceſsit, pro ingenioli (quod ſané perexiguum in me

eſſe

eſſe non eo inficias) mei modulo, concreditoque talentulo dexteram calamo accommodavi: & hoc lamentabile, nec non tenui filo deductum carmen compoſui. Quanquam autem, cúm meo me pede, propriæ imbecillitatis conſcientia deterritus, metiar: & tam arduo negotio me non ſufficere ſentiam; propterq; calumniantium Momorum iniquitatem longé tutius ſit, ſe intra ſuam pelliculam continere; ſibiq;, & Muſis canere: tamen honeſtæ voluntati eorum aliqua ex parte gratificari, quàm temeré refragari malui; cogitans illum, qui præclaris in rebus ſuam induſtriam exercet, licet non omnia ei pro voto, & ex animi ſententia ſuccedant, & id, quod velit, minus aſſequatur; tamen ſi nihil aliud, ſaltem egregiæ & præſtantis voluntatis mercedem ferre debere. Quicquid hujus eſt, in luctu maximo, non ſolum propter malitioſorum hujus ultimi ſeculi, perverſorumque hominum corruptiſsimos mores: ſed etiam propter turbas nunc, eheu, paſsim in vicinia noſtra excitatas, prædonibus pro libidine ubique tumultuantibus, in doloribus iſtis ſummis edere volui. Multos contriſtat afflicta vicinitas, ut monet ille:

Nam

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Nam tua res agitur paries cúm proximus ardet.

Hic cruciatus, hæc triſtitia omnium maledicorum calumnias, ut á calumniando deſiſtant, ſedare debet. In hac tanta animi perturbatione nemini mirum videbitur, verſiculos incultos, & malé natos eſſe. Nihil enim Muſis, Apollinique odioſum magis, quàm pectoris turbati mœſtitia, nihil præterea gratius ipſis eſt, quàm vitam jucundam vivere. Nam canere Pegaſides, non gemere, neque ſingultire conſueverunt: quo ſe Naſo excuſat, cúm queritur in hunc modum:

Carmina proveniunt animo deducta ſereno:
Nubila ſunt ſubitis tempora noſtra malis.

Quocirca diſpicienti mihi, multumque & diu quærenti, quem potiſsimum hujuſmodi fœturæ & lucubratiunculæ meæ patronum, ac defenſorem deligendum conſtituerem: Tuarum (Reverendiſsime & Illuſtriſs. Princeps) virtutum decus, & ſingulare ornamentum, in hoc triſtiſsimo caſu & mihi conſolationi fore, & ſibiipſi primas dedicationis partes ſuo quodam jure vendicare viſum fuit. Quum

enim peregrini, & exteri multi, non modo heroicarum (in primis veró pietatis) virtutum cum ſumma humanitate, æquitate & liberalitate in ſubditos conjunctarum: verumetiam egregii, & á majoribus, fama ſuper æthera notis, hereditaria quadam lege Illuſtriſs. Celſ. T. innati amoris erga literas, & literatos; præcipué veró jucundiſsimum poëſeos ſtudium, memores exiſtant; cur ego quantumvis minimus ſubditorum clientulus, tuarum laudum non recordet? Etſi igitur de laudibus tantis nominis tui, & famæ prorſus nihil ſcribere, quám pauca in medium non digna ſatis proferre præſtiterit (quid enim attinet Solem, quod ajunt, facibus illuſtrare velle?) facere tamen non potui, quin præſens chartaceum munuſculum Illuſtriſsimæ Tuæ Celſitud. demiſsiſsimé dedicarem. Accipere tua Inclyt. Celſitud. hanc meam ſine ullo alicujus exiſtimationis lædendæ propoſito conſcriptam Elegiam, qualiscunque fuerit, dexteræ potentiſsimæ robore, tanquam firmiſsimo tutiſsimoque Aſylo, ab invidorum morſibus tutandam benigniter, & hilari animo, meq; ſibi perpetuò inter commendatiſsimos commendatum

datum

datum habere dignetur. CHRISTUM optimum maximum (qui unicum noſtrum eſt umbraculum, ne juſta ira DEI omnes omnium ordinum homines abſumat) hoc difficili ſeneſcentis mundi curriculo barbarum acinacem & peregrinum gladium ſacratiſsimi nominis ſui hoſtium á puſilli gregis nidulis veræ pietatis cultui mancipatis (ne iſtiusmodi prædonum, & latronum ſtabula fiant) depellat, ignemque ardentem ex Germaniæ parietibus auferat: ac aliquam Eccleſiam in his VVeſtphaliæ partibus ſibi clementer conſervet. Vale Princeps multó clariſſime, & Mecœnas maxime, cum Reverendiſsimo & Inclyt. Celſitudinis T. Illuſtriſſimo patre Duce Cliviæ, &c. laudatiſsimo atque optimo ſene Principe & Domino noſtro clementiſsimo, totaque domo JULIACA in pacifica, nec non tranquilla gubernatione ad DEI nominis gloriam, patriæ chariſsimæ, ac totius Germaniæ, univerſique Imperii Romani honorem, atque emolumentum quám diutiſsimé felix & incolumis.

 Datum

Datum Bilveldiæ, anno à nativitate Chriſti Jeſu 1584. Menſe Martio.

Reverendiß. & Illuſtriß.
Celſi. Tuæ

ex animo ad-dictißimus

Vveſſelus de Greſt.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

AD EUNDEM PRINCIPEM AC DOMINUM, DOMINUM JOANNEM GUILIELMUM, JULIAcenſium, Clivorum & Montenſium Ducem, &c.

IDYLLION Caſpari de Greſt, Patricii & Conſulis Bilveldienſis, fratris.

SAnguine clarorum Princeps prognate paren-
Iuliacæ columen, præſidiumq́ domus. (tum,
Qui patriam Princeps virtutum dotibus auges,
Atq; animi geminas nobilitate genus.
Quem juvat Aonias caput exeruiſſe per artes,
Ornare æternis ingeniumq́ bonis.
Cui pietas cordi eſt veræ virtutis alumna,
Quæ modò jucundam ſternit ad aſtra viam.
Hoſce breves elegos clementi ſuſcipe vultu
Fratris, & in tuto da ſua navis eat.
Cur hominum variis quaſſetur vita procellis,
Illius inculto carmine Muſa docet.

Læta

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Læta canant alii divino carmine vates,
Fata ſed hunc vitæ triſtia flere juvat.
Læta tamen quandoꝗ canet clariſſime Princeps,
Lætiſonos Phœbo ſuppeditante modos.
Cúm tibi te dignam ſociali fœdere junges,
Illuſtri Nympham nobilitate parem.
Hæc ſperata diu tandem lux aurea cælo,
Ut ſpargat radios, patria terra petit.
Auſpicio id fiat felici atꝗ omine dextro,
Ipſe etiam ſuperos per pia vota precor.
Qui faxint laudanda geras moderamine juſto,
Et Pylii vincas ſecula longa ſenis.

Sabinus fol 6.

Hanc utinam nobis ostendet Lucifer ortu
Proveheret, hanc vesper mox vehat ipse diem.

AMICO SUO INTEGER RIMO VVESSELO DE GRESTEN.

Quacunq; immenſus terræ ſe porrigit orbis,
Extremiq; ſonans cingitur unda maris,
Non ſolidum quicquam eſt, ſtygia inſurgente Megæ-
Mortiferæ clades maxima regna premūt. (ra,
Indomitusq; furit laté crepitantibus armis,
Et largo Mavors ſanguine ſpargit humum.
In varias abiêre vices pietatis honores,
Aſtrææ ſtudium ceſſit ab orbe procul.
Horribiles motus deinceps fortuna minatur,
Ni tribuat clemens mitia fata DEUS.
Hinc res humanas extrema in ſorte locatas
Mœſto cum gemitu ſecula noſtra vident.
Hanc rerum faciem pulchré tua carmina pingunt,
VVESSELE Aonii gloria magna chori.
Ergó corde pio rectumq; bonumq; colamus,
Ne gravis inſurgat vindicis ira DEI.
Et manibus tenſis ſupera ad convexa precemur,
Annus ut hic præſens tempora fauſta ferat.
Nam precibus gaudet magni regnator Olympi,
Et ſanctæ penetrant nubila celſa preces.

M. Hermannus Vaſtelabus Lemgovienſis.

ELEGIA
ET
DEPLORANDI HUJUS SECULI QUERELA.

DIra ſeneſcentis ploro contagia mundi,
Cœptis, oro, meis maxime Chriſte fave.
Et fac in optatum portũ mea cymba veha-
Quo ſtet ab irato flamine tuta loco. (tur:
Proh dolor aſsiduis hæc vita caduca procellis
Preſſa jacet, ſtabile eſt prorſus in orbe nihil.
Non mihi tot linguas potero, vel poſcere voces:
Ut quibus hæc dignè commemorare queam.
Siq; opus eſt verbis alibi, certè hîc erit; omnem
Exſuperat numerum copia tanta mali.
Vita quot ærumnis, quot caſibus obruta languet,
Excelſus ſtellas vix tot Olympus habet:
Culta quot æſtivis flaveſcunt Gargara culmis,
Et quot vere novo floribus arva nitent:
Quot fulvos nutrit Nemee frondoſa leones,
Fœcundos lepores vel ſalebroſus Athos:
Copia tanta luis, nos & ſentina malorum
Mortales miſeros heu ſine fine gravat.

In

Dispositio huius Carminis

Duae sunt [illegible] partes: prima agit de Religione: altera de [illegible], illa [illegible], quae sunt Theologica: haec vero, quae sunt politica. [illegible] dicimus [illegible]. Prima [illegible] duas res [illegible] illustres [illegible]. Prima est Religio: [illegible]: altera est [illegible] Justitia. Quoniam vero [illegible] Religionis [illegible]: [illegible] [illegible] tum Justitiae [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Regia [illegible] [illegible] apud Virgilium lib. 6. v. 1. καὶ ὄνομα [illegible] [illegible]:

Illi versus tradit apud Homerum

πληθὺν δ' οὐκ ἂν ἐγὼ μυθήσομαι, οὐδ' ὀνομήνω

De eodem Ihesu [illegible] Homeri

οὐδ' εἴ μοι δέκα μὲν γλῶσσαι, δέκα δὲ στόματ' εἶεν,

φωνὴ δ' ἄρρηκτος, χάλκεον δέ μοι ἦτορ ἐνείη

Persius satyra 5.

Linguis in diem visitaverit(?)

Vatibus hic mos est, centum sibi poscere voces.

Centum ora, et linguas optare in carmina centum.

Quin mihi [illegible] linguae centum sint, oraque centum

ferrea [illegible] vox [illegible]

[illegible] ora

[illegible] [illegible] [illegible]:

De [illegible] apud Virgilium

[illegible] [illegible] ora

[illegible], et [illegible] [illegible] vox [illegible].

Dispositio [illegible] [illegible]: et [illegible] [illegible].

[illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

1 generaliter de causis malorum quibus primum
et ab ipso prudenter exorditur. Prima causa est
Ignorantia: quam comitatur vivendi securitas: quae
depingitur per contemptionem: Mortis, vitae aeternae: et
extremi Judicii.

2 Specialiter recensentur
1 contemptus religionis
2 contemptus verbi divini
abusus [illegible]: [illegible] bonorum per distributionem [illegible]
nomine ministerii et charitatis

per avaritiam [illegible]
larium.

3 a blasphemia: contra deum
contra nomen Christianorum per calumniationem ingratitudinis erga
Christum

In promptu eſt, ſi quis cupiat cognoſcere cauſſam;
Nos ſumus illius fons, & origo mali.
Hei mihi quam cæca premitur caligine, quantis
Mens hominum tenebris! tota ſubacta jacet.
Sic vivunt homines hac tempeſtate ſuprema,
Mors truculenta velut fabula vana feret.
Et ſupereſſe DEUM *cuî ſint mortalia curæ*
Plebs negat in ſupera, perfida facta, domo.
Nec putat é tumulis ſuperas exurgere in auras
Corpora: nec vitæ ſpem melioris habet.
Judicis adventus non creditur ultimus æqui,
Ridetur quiſquis Tartara nigra timet.
Relligio, qua nil prius eſt ſub ſole tepenti,
Sentibus hamatis obſita negligitur.
Mendax divinis præfertur fabula juſſis,
Ridiculus jocus eſt, hei mihi, ſermo DEI.
It peſſum ſincera fides, ſpes exſulat omnis,
Ecce DEI, *atq; hominis diſperit omnis amor.*
In patris unigenam jaciuntur ſcommata natum,
(O ſtupor horrendus) ſpernitur ira DEI.
Proh ſcelus infandum, quis enim manifeſta negabit?
Spernere nos ſuperi dogmata ſancta patris.
Nos dico Chriſti de nomine nomen adeptos,
Queis verbi illuxit ſplendida ſtella ſacri.

Deploratio

Omnibus ignotum fuerat quod gentibus olim,
Factitios nimium dum coluêre Deos.
Maximè ubi præſtent mandata carentia ſenſu,
Et quibus omnino nil rationis ineſt.
O ſtupidos hominum circum præcordia motus!
Affectus quorum mentibus omnis abeſt.
Stulti ſæpe negant homines, quod ſenſibus orba
Teſtantur luctu flentq; gemuntq; gravi.
Sol rutilus, nec non moderatrix Cynthia noctis
Agnoſcunt domini nuncia grata ſui.
Quum crucis á ligno fixus pendebat Ieſus,
Crimina quo lueret noſtra cruore rubro:
Miſtum felle parat potum Iudæus amaro,
Dum ſitit is, cujus munere cuncta bibunt.
Ut ſtatui integro pollutum redderet, atri
Guſtavit Chriſtus fellis amaritiem.
Ah homo, quem pronis ſupplex comprênderet ulnis,
Huic creat infandæ ſpicula ſæva necis.
En regale caput ſpinis cinxêre cruentis,
Fixit ubi ſacrum lancea dira latus.
Perfoditur miſeré tam ſanctum pectus Ieſu:
Figuntur clavis plantæ, & utrinq; manus:
Et natat, heu, roſeo cervix conſperſa cruore,
Quid memorem? ferro vulnera quinq; patent.

San-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

amplificatio Partib[us]

a minori ad maius

Amplif. [illegible] p[er] exclamationē: interrogationē vanam

Ablatio minoribus a[r]gu[men]tis ad maioribus

qualitas

Similitudo de Sole et Luna

Ratio [illegible] p[er] subiect[am] passionis

p[er] [illegible]

de fine passionis

ad [illegible] [illegible]: p[er] [illegible]

[illegible] subiecti: p[er] [illegible] capitis, pectoris

p[er] exclamationē: p[er] ~~[illegible]~~

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quam appellant altare
[illegible] oblivionis.

cum actionis
Deus ingratitudinem [illegible]
recordationis
Ingratitudo amplissimorum beneficiorum
Christi passi
ab hominibus

Completio [illegible]
Receptio gratiae [illegible] a [illegible]
per cooperationem [illegible]

Lumen
Intellectus
[illegible]
Solius
complexio gratiae

Sanguineæ teneros guttæ fluxêre per artus,
Fert victor lethi vincula dura necis.
Gens ingrata nimis, fons vitæ ferre quid ultra
Debuit? eſt ejus mors tibi vera ſalus.
Mors ejus tua vita, ſalus, mortiſq; venenum,
Vivere ſpe tali dulce, piumq; mori.
Ille dat immenſas, ullo ſine crimine, pœnas,
Lytron ut irato ſolueret ipſe patri.
Gloria quando probro fuit inter ſumma latrones,
Tanta DEO *noſtræ cura ſalutis erat.*
Ob genus humanum redimendum venerat, ipſi
Talia (proh facinus) dona rependit homo.
Aureus hæc poſtquam Phœbus conſpexit ab alto
Æthere, mox fertur ſuſtinuiſſe gradum:
Purpureos ſiſtebat equos, dominoq; ſupremo
Condoluit: mundo lumina clara negans.
Horridus atra dies inopino nubila caſu
Obtendit: ſub iis ſole tegente caput:
Mœſta ſuo dedit inferias quoq; Luna Tonanti,
Cujus cingebat flebilis umbra genas.
Edidit anné graves tellus tremefacta querelas?
Et ſilices miris diſſiliêre modis.
Immutavit iners rerum natura creatrix
Officii proprias hoc moriente vices.

DEPLORATIO

Amens ſolus homo ſua viſcera pandere neſcit:
Inſtinctu Sathanæ pronus in omne malum.
Seq; adeo á primæ geniture tempore fallax
Mentibus humanis ſpiritus inſinuat.
Vertitur in cineres velut ob commiſſa piacla
Urbs Solymæ: quondam quæ populoſa fuit:
Sic quoq; nos nimia vitiorum mole gravatos;
Credite Germani; fata ſevera manent.
Eloquar, an ſileam? nihil eſt quod noſtra veretur
Impietas, complens ſolis utramq; domum.
Vana ſuperſtitio quid non mortalia cogit
Pectora, turbata relligione diu?
Hunc levis ambitio ſtimulat prurigine cordis
Flagrantem, hunc urit laudis anhela ſitis.
Subdita ſunt verè (dolor ô dolor) omnia nummis,
Peſtis avaritiæ ſceptra ubicunq; tenet.
Auri tanta fames quo non errantia ducis
Pectora, multiplici ludificando via?
His ita propoſitis fieri rectiſſima curva,
Rectaq; curvari nemo negare valet.
Sæpe etenim hæc tabes nigrum commutat in album,
Et contrá: eſt adeò nummus in orbe potens.
Inde quis eventus? miſcentur ſacra prophanis,
Moribus apparent perdita cuncta feris.

Quanta

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Abraam [illegible] comparationib: de ingratitudine
dum [illegible]: et [illegible] [illegible]
ad curiositate

ab exemplo poenae

assumptio
[illegible] regressio ad Imperatorem [illegible]
[illegible] et [illegible] ad malos

ad Superstitionem
ad Ambitionem
ad Avaritiam
ab effectis avaritiae
1 generalia
2 specialia [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible]

ab [illegible] [illegible]

ab audis Catechismi quatuor
operationes 1. de [illegible]
2 de libro [illegible]
3 de [illegible]
4 de [illegible]

5 de [illegible] [illegible]
6 extra [illegible]
de [illegible] dei
7 de [illegible]
8 de [illegible]

pergi ad alias [illegible] [illegible]
a [illegible] 6 [illegible]
1 de ministris [illegible]
2 de [illegible]

Hujus Seculi.

Quanta ſit in cœtu ſacro contentio cernis:
Et quam de levibus pugna ſit iſta notis.
Peccatum multis quantam dat originis anſam
Diſſidii, creſcit quod magis atq; magis.
Quæſtio Chriſtigenum de libertate movetur,
Juſtitiam fidei diſputat omnis homo.
Neglectane fide per opus ſit vita, ſalusq;,
An veniant merito Chriſte benigne tuo.
Lex Euangelio, concertant, quomodo diſtet:
Eſt cui libertas in levitate placet.
De cœna domini ſit controverſia quanta,
Abſq; dolore gravi nemo referre poteſt.
Quod ſit in hac præſens ait hic, negat alter, IESUS,
Qui referet fuſo ſanguine tecta poli.
At Chriſte in primis, tua quod perſona (dolendũ eſt)
Cauſſa hujus rixæ cogitur eſſe gravis.
Quin & avernalis quo pacto regna Tyranni
Chriſte ſubintrâris pallida ſcire volunt.
Tantus agit doctos variis ambagibus error,
Qui magni exiſtunt cauſſa, & origo mali.
Quodq; magis doleo ſcurris venerabilis ara
Traditur, & ſancti cura miniſterii.
Labra Meduſæo quorum non tincta liquore,
Nec coluit cerebrum docta Minerva rude.

Cauſſa,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Cauſſa, quod abjecti, quod ſint ſine honore miniſtri
Veri, vos eſtis, qualibet arte rudes.
Vos propter domini ſermo malè & audit ubiq;,
Quo ſine non ulli contigit ulla ſalus.
Quo ſine Chriſtiadum quid refert fonte rigari?
Quo ſine quid proſunt totius orbis opes?
Hæ tibi non præbent ſolamen mortis in hora:
Sed verbum domini te recreare poteſt.
Conjugii ſacramentum quod copula magnum
Sancta ſit, in teſtem te voco Paule meum:
Turpiter hoc capti vafro Cacodæmonis aſtu
Tempſère, & vetito clam coiêre thoro.
Implentur pagi ſpuriis, implentur & urbes,
Rumpuntur ſocii fœdera caſta thori.
Sacra volunt Venerem fugias, viteſq; Lyæum,
Sed Venus & Bacchi luxus ubiq; vigent.
Præcipuè celebranda forent ubi ſabbata ſanctè,
Tunc paſſim in pagis regnat uterq; potens.
Haud genus, haud probitas, ſed amor ſceleratus ha-
Prævalet in tanto fœdere connubii. (bendi
Sordida ſponſa placet quamvis ſit Thaide pejor,
Dummodo poſſideat jugera multa ſoli.
Mos fuit ille patrum veras ſibi quærere laudes,
Crevit ubi nondum crimen avaritiæ.

Et

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ab [illegible]: propter ministros [illegible] [illegible]
per [illegible]
ex parte dei [illegible]

a providentia patris dei: pro reparatione doctrinae

ab utilitate [illegible]: pro [illegible] reparationem

de tempore [illegible] autore [illegible]: in [illegible]
[illegible] concilio

ab usu ecclesiae

ab [illegible]: Spiritus [illegible]

pro reparatione patris dei, et amor et [illegible]

[illegible] pro [illegible] dei sacrum amplificatione.

de [illegible] in ecclesia

de [illegible]

ab antiquitate pro auctoritate veritatis

à peccato peccatorum
per assumptionem [illegible]
ab [illegible] [illegible]

Spiritualiter

Repetitio de lite

Repetitio: de solutione [illegible]

Confidimus ad sanctos, et [illegible]
ab offendiculo mundi
à subitanea morte
à Magicis studiis,

per [illegible] et [illegible]
amplificat

[illegible] à subitanea [illegible]
ab iniquitate: à poena
[illegible]

Et meritò pietas pulchris virtutibus aucta,
Obtinuit primum, non ſine laude, locum.
Aſt nunc huc ventū eſt, dum rerum vertitur ordo,
Ut fluxis inhient fœmina, virq; bonis.
Plus aloës tamen his quam mellis ineſſe videtur,
Conjugiis, avidè quando petuntur opes.
Quando petuntur opes tantum; ſi cætera deſunt,
Quomodo corda ligans mutuus ardor adeſt?
Horum friget amor, cùm non placet alter, utriq;
Non erit hinc felix, vel ſine lite domus.
Hi raro jungunt ſponſalia proſpera nexu;
Perpete conſiſtant quæ requieta die.
Non referam varias exili carmine ſectas,
Quas ſerit aſtutus per ſacra templa Sathan.
Prætereo, quod VVeſtphalicas fœdaverit oras
Hæreſis, ô nimium pernicioſa bonis.
Sunt homines (verùm non tali nomine digni)
Queis cordi eſt magicis ſe maculare dolis.
Artis habet ſocias Ææa venefica multas,
Conſortes artis Phaſis habetq; ſuæ.
Famam, nî credis, verboſam conſule, mundi
Quæ per cuncta ferè climata ſparſa volat.
Eſt facinus certè ferali morte piandum,
Dæmone cum tetro fœdera ſi quis init.

DEPLORATIO

Impietas, propriæ memorem non eſſe ſalutis:
Turba ſumus lymphis credula tincta ſacris.
Sed procul á nobis pietas evanuit omnis,
Intemerata fides ceſſit-abacta foras.
De pietate tribus complectar ut omnia verbis,
Eſt ſcelus eſſe pium, quis ſupereſſe velit?
Juſtitia exſtincta eſt, majeſtas mortua legum:
Infirmo titubat nunc ubicunq; pede.
Officia indignis venduntur publica dono,
Qui caret hoc, quamvis doctus, ubiq; jacet.
Qui ſimulac ſpartam nacti, deglubere nunquam
Non vigili ſtudio vulgus ad oſſa ſolent.
Quis neſcit? ſtatuunt jus munera, deſtituuntq;,
Judicii libram munera ſola regunt.
Delictis gravibus donis laxantur habenæ,
Liber & é vinclis turpis adulter abit.
Pauperis, & viduæ, pupilli deniq; cauſſa,
Juſta licet, donis abſq; favore caret.
Munera patronis, rabuliſq; forenſibus anné
Excæcant oculos? qui legis, iſta refer.
Horum dira fames argenti litibus orbem
Implet, ut hinc rixis perſtrepat omne forum.
In toto mundo nihil eſſe rapacius uſquam
Talibus Harpyjis res manifeſta docet.

ab impietate: in fidei sacramenta: et auctores
ab [illegible] in [illegible]: Sublatis miseris: [illegible]
effecta: et ipsorum crudelitas

Collatio de pietate: et impietate
pergit ad ministerium motus gratiam preium
De indignitate pastorum: ab [illegible]: et auctoritate doctorum
ab effectis in hereticis: [illegible]
De miraculis
ab [illegible]: Dat [illegible] [illegible] [illegible]
et [illegible]: [illegible] [illegible] [illegible]
ab effectis miraculorum
ab [illegible]: ab [illegible] [illegible]
totius mundi et comparatione
[illegible]

pd. 7 comparation Gryphar
Dilemma
ab Studiis: [illegible] [illegible] [illegible]
ab [illegible] Cerebri
à [illegible] de studio [illegible] [illegible]
à premio laudis
à publico dicto, ex [illegible]
à [illegible] [illegible] [illegible]
ab Studiis [illegible]
à Studio [illegible]
Justificationem 7 Comparationi [illegible] Studii
à [illegible] perfunctis [illegible]
à [illegible] [illegible]
1 ab [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
2 [illegible]

Aurum non ſecus ac Gryphes pietate relicta
Quàm ſitiant, etiam talpa videre queat.
Vulturis exſpoliant in morem ſæpe clientes,
Arida quem ſitis, & lædit anhela fames.
Communis tutela boni vileſcit, & ejus
Nonulli curam, quam Cicero urget, habent.
Anteferunt nam qui privatis publica geſtis,
Delictisq; ſtudent pœna ſit æqua ſuis.
His erit in populo decus, & laus debita: contrà
Qui ſua quæſierint vanus abibit honor.
Dux bonus ut comitem deducit tramite recto:
Sic ambos cæcos devius error agit.
Hinc varii errores populi, peccataq; manant,
Quæ collata brevi commemorare placet.
Gentibus in cunctis degant quocunq; ſub axe
Eſt modò (pene piget dicere) nulla fides.
Olim nuda fides, quam ſi per numina juret
Nunc aliquis, valuit plus, manifeſta loquor.
Luditur, heu, juramentis. Veneranda vetuſtas
Si te conſulimus nos meliora doces.
Maluit Attilius crudeli morte perire,
Fallere quàm promptam Regulus ore fidem.
Dentatus Curius gaudentes frigore rapas
Expetit, & curat ſplendida dona nihil.

DEPLORATIO

Quó nunc incorrupta fides, candorq́ receſſit
Priſtinus? ô mores occubuêre boni!
Nectarea ſuperant dulcedine roſcida mella
Verba quidem: nigro pectora felle ſcatent.
Pectora felle ſcatent, mordaci gutture fidi
Ante oculos: tergum poſt lacerare ſtudent.
Omnis amicitiæ veræ nunc mortuus uſus,
Fœdus adulator præmia magna capit.
Profligatus amor nos inter frigidus alget,
Quem toties iterat filius ipſe DEI.
Quid queror? illius ſcintillula nulla remanſit,
Succeſſere dolus, fraus, ſcelus, omne malum.
Gratia pro meritis non redditur ulla receptis,
Nil licet ingrato turpius eſſe queat.
Rara avis eſt probitas, alboq́ ſimillima corvo,
Improbitas numero, fine, modoq́ caret.
Maxima pars fluxis poſtponens omnia gazis,
Non animam lucro vendere turpe putat.
Fraude domos domibus cauta cumulare laborat,
Atq́ alios aliis jungere curat agros.
Callida perjuro mendacia gutture miſcet,
Ut ſibi componat, quas meditatur, opes.
Hic furor inſanæ cogendi fœnera gazæ,
Omnia virtutum ſemina ſternit humi.

Putris

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Putris ut implicitas exſugit aranea muſcas,
Taliter alterius rodit ad oſſa cutem.
Numinis & nummos divini diligit inſtar,
Ut mortale genus plurimus error agit.
Sunt alii cupidis qui turbant quæq; rapinis,
Præterea multi turpia furta patrant.
Non mercatorem modò libera ſemita ducit,
In necis egreditur retia tenta ſuæ.
Reſtat in hac ſcelerum cavea non angulus ullus,
O dolor immenſus, tutus ab inſidiis.
Omnis deſeruit mundum obſervantia recti,
Quum pudor ablatus, non timor ullus adeſt.
Laudatur qui ſcit multis obtrudere palpum,
Vera quis aſſumit? Nemo, ſepulta jacent.
Alter & alterius famam furatur honeſtam,
Non ſecus ac tacitus fur ſibi quærit opes.
Garrula devaſtans regiones lingua per amplas,
Inter mortales bella cruenta movet.
Non magis hac nocuiſſe poteſt ferale venenum,
Vix eſt ullus homo liber ab invidia.
Amiſit ſummam ventoſa ſuperbia ſedem,
Pauperis in terris regna ſuperba colit.
Annuis hoc vatum decus immortale Stigeli,
Sic faſtum noſtrum, ſtultitiamq; notans:

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

DEPLORATIO

Tempore cum patrium noſtro aſpernata decorum
Devorat externas menſa opulenta dapes:
Cum precioſa tegunt inopem Chryſendeta civem,
Cum Cynnæ digitos lucidus ornat onix.
Fœmina cùm totum pendentem è corpore cenſum,
Atq; omnem dotem fronte puella gerit.
Sic & ad aſtriferas fugit conſtantia ſedes,
In pretio levitas hic malefida manet.
Terga dat infandis vitiis modò ſplendida virtus,
Jura ſacrata jacent, fas, decus atq; pudor.
Nullus honeſtatis penitus reſpectus habetur,
Nunc honor eſt, quicquid dedecus ante fuit.
Quinetiam magis atq; magis ſuccreſcit ubiq;
Luxurians ſcelerum (proh dolor) illa ſeges.
Ut taceam, quòd Parnaſſum petiiſſe bicornem,
Phocaicumq; nemus viſere nemo poteſt.
Hujus enim Mars claudit ad alta cacumina montis:
Artibus Aöniis quæ patefacta: viam.
Luctibus indulgent Charites hoc tempore ſpretæ,
Phœbus honore caret, Theſpiadumq; chorus.
Ne ſint ingratis ſtudia interitura, verendum eſt:
Artes, qui nihili, ſus quoq; deq; ferunt.
Contulit in claros largè ſua munera vates
Tuſcus eques, fautor maximus Aönidum.

Sed

Chrysendeton vasis genus aureis ~~lagenis~~ crustis illigatum
Mart: lib: 6 Si videre potes miseri Chrysendeta Cinnae

auchoſt ornatum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sed quotus exemplum ſequitur memorabile tantum,
  Qui tribuat Muſis tuta Lycæa ſacris.
Hinc DEUS iratus factis diſcordibus aufert,
  Tollit ab indignis talia dona viris.
Cordibus humanis concordia pulſa receſſit,
  Iſtius impatiens occupat ira locum.
Ira parens cædis cunctis bacchatur in oris,
  Inſidias homini nocte dieq; ſtruens.
Candida pax bello urgenti dare terga coacta eſt,
  Nuſquam tuta quies, terret ubiq; pavor.
Terret ubiq; pavor, Mavors Bellonaq; regnant,
  Jam tuba, jam litui & tympana pulſa fremunt.
Chriſtiadum populos Erebi, Ditiſq; miniſtræ,
  Plus quam mille modis diſcruciare ſolent.
Diſsidiis quatitur totus civilibus orbis,
  Et plebs in furias, nobilitaſq; ruit.
Uſq; adeo arma fremũt, omnes arma, arma capeſſunt,
  Nulla DEI ratio, nullaq; pacis adeſt.
Nunc regnum regno, gens infeſtiſsima genti eſt,
  Ut fore prædixit filius ipſe DEI.
Nec tamẽ hîc Moſchus petitur, neq; Turcicus hoſtis,
  Qui miſere ſanctum vaſtat ovile DEI.
Mutua ſed vertunt in vulnera (proh dolor) enſes
  Chriſtigenæ: lachrymas quis cohibere poteſt?

Ecquis

DEPLORATIO

Ecquis in hoc poterit ſingultus ſiſtere caſu?
  Cum ſtyge ſit rabies iſta profecta truci.
In dubio vitæ jacet eheu Teutonis ora:
  Interitum patriæ defleo, plango, gemo.
Utq; gemit viduus frondoſa turtur ab ulmo,
  Daulias Iſmarium plorat ut ales Ithym:
Sic ego Teutoniæ caſum, miſeramq; ruinam
  Defleo, ſingultu cor quatiente meum.
Optandum, noſtros Reges, Proceresq; Ducesq;
  Priſtina virtutis fama movere queat.
Fama movere queat, civilia bella peroſi
  Pro patriis moveant prælia ut æqua focis.
Siccine Germani laus eſt quærenda per arma?
  Quis furor, & quæ vos turpis Erinnys agit?
Quin potius Turcas ô robuſtiſſima mundi
  Pectora de veſtris pellite rurſus agris.
Pellite concordi Chriſtiq; hominumq; Tyrannos
  Morte, quid in proprium figitis æra caput?
Spes erit in regna hoc pacto poſſeſſa redire:
  Præda feris toties non piget eſſe Getis?
Nam metuo, metuo, Ruſſus, vel Turca cadentis
  Noſtri relliquias ne ferat Imperii.
Ne ferat Imperii ſervandum ſanguine ſceptrum,
  Ah caput é ſomno Teutona terra leva.

Rumpe-

Oratio secunda affectuum, per interrogationem
ad reformidandam desperationem
desperat vim Germaniae meae patriae fides

per praeparationem: πρόθεσις

ἀπόδοσις
[illegible] affectus per optionem: degreditur in L.C.
D. de [illegible] patria

per Commiserationem, et interrogationem; ad Germanos
Germaniae ad bellum [illegible]

De Curtio lege historiam in Passional Buch: [illegible] adro
in prima parte de Resurrectione.

Man lieset eine Historien, daß von anfang der Welt [illegible]
3605 Jahr, die erde sich auffgethan, und einen gewaltigen
schrecklichen gestanck, davon viel Leute gestorben, von sich
geben hatt. Wie aber die Blinden Heiden sich bei dem
Teuffel in seinen [illegible] raths erholet, welcher
gestaldt, solcher [illegible] unfall abzuhelffen. So
gab er [illegible] wo Sie den, ein Mann, von [illegible]
und all seine lust, und freude [illegible] [illegible]
Ja auch nach Menschenblut durstet: durch seine Werk
[illegible] solchs [illegible] gegeben, daß loch würde nicht ehe
zugehen, der stanck würde auch nicht ehe vertrieben
werden: es springe den ein edler [illegible]
darein. Derhalben hab M. Curtius auß hertzlicher liebe
gegen seinem Vatterlande sich in die [illegible] begeben,
und sei also darüber zu boden gangen. Solchs [illegible]
[illegible] [illegible] die Heiden nicht genug [illegible]
verloben. Viel mehr sollen wir Christen
preisen und loben, daß Christus auß hertzlicher liebe sich
in den greulichen stanck [illegible] und [illegible]

Hujus Sceuli.

Rumpere quid ceſſas grave, funeſtumq́ veternum,
Evigila, virtus maſcula turris erit.
Maſcula turris erit prorſus perterrita nullis
Hoſtibus, audacem te bona cauſſa facit.
Sint vobis patriæ modò commoda publica curæ,
Suffundat vobis jam ſemel ora rubor.
Curtius inſiliit vaſtum Romanus hiatum,
Pro patriæq́ fuit dulce ſalute mori.
Quin vivi terram fratres ſubiêre Phileni,
Ut Carthago ſuis finibus ampla foret.
Et conſul Marius natam mactare jubebat,
Roma tibi melius conſuluiſſe volens.
Mutius eximiam meruit quoq́ Scævola laudem,
Quam, dum Phœbus erit, garrula fama feret.
Magnanimus Cocles ſolus pugnabat in hoſtes,
O quid non patriæ (dic mihi) præſtat amor?
Hoc ævo quotus eſt exempla ſequutus eorum?
Dum patriam multi proditione premunt.
Indicio eſt illud nunc aurea ſecula lapſa,
Succeſsêre quibus ferrea ſecla nimis.
Invenies nullum tam deteſtabile crimen,
Impius in quod non abſq́ pudore ruat.
Si mihi vel cunctis ſuccreſcant crinibus ora:
Cum totidem linguis ferrea voxq́ foret:

Attamen haud omnes ſcelerum comprêndere formas,
Carmine ſufficeret noſtra Thalia rudis.
Verba, phraſes, mihi ſæpe malorũ in origine deſunt,
Quas metamorphoſeis tempora noſtra ſcient.
Tot modo flagitiis Germania tota labaſcit,
Quis non afflictæ vulnus hiare videt?
His deſerta malis antiquam patria laudem
Amittit, jam jam ſerva futura, ſuam.
Deſino, nam nihil huic niſi flebile cernimus uſquã,
Luctibus, & lachrymis omnia plena madent.
Tollere ſi caput è terris ſub luminis auras
Heraclite queas non renuente DEO:
Non hominum dignè deflebis crimina ſolus,
Ut lachrymas geminent, vel duo, treſue tuas.
Eſt igitur felix, ô terq; quaterq; beatus,
Qui puer hoc miſero tempore fata ſubit?
Nemo ſed ante diem cadit, immaturus obitne,
Quem Chriſtus merito tollit ad aſtra ſuo.
Quo citius morimur, minus hoc acceſſit iniqui:
Longior in vitium vita peracta ruit.
Unde ſatis conſtat mundi approperare ruinam,
Juſti & judicii non procul eſſe diem.
Ah vereor, vereor, ne ſumma pericula reſtent,
Triſtius hoc triſti tempore, tempus erit.

Cuncta Germania deplorat infamiam

Deplorans Imperator & universitatem [illegible]
desolat. futuram [illegible].

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Tot portenta ſoli, cæliq; mariſq; videmus,
Signaq; nunc hæc, nunc exhibet illa Deus.
Non tot Carmelus dulces producit olivas,
Poma nec autumnus, nec folia arbor habet:
Balſama colle Thabor neq; fert tot odora feraci,
Nec tot apes numero fertilis Hybla fovet:
Non regio, non urbs, domus aut vacat ulla ſtupendis
Prodigiis, ſcatet his omnis in orbe locus.
Jova & ubiq; ſuam nobis denunciat iram,
Cynthia cum Phœbo numina læſa monent.
Quorum defectus varii, crebriq; labores,
Plus ſolito terrent pectora noſtra minis.
Cuncta ſuos mutant curſus elementa ſubinde,
Terribili ſpecie flamma, ſolum, aura, fretum.
Qui fuit ante vigor naturæ quomodo languet?
Omnia ſervitii ponere prompta jugum.
Anne micant fruſtra flagranti crine Cometæ?
Anne Deus temerè ludit in axe poli?
Vidimus horribiles radiorum ſpargere crines,
Pandis uti caudam pavo ſuperbe tuam.
Sæpius ardentis conſpeximus aëris ignes,
Nox ubi tellurem preſſit, & alta quies.
Nonne tubas, atq; arma ferunt audita ſub ipſo
Æthere? ſolliciti nuncia vera metus.

Nunc quoq; Saturni, Jovis & conjunctio magna
Ante fores ſummum prædicat eſſe diem.
Indomiti verè ſunt ex adamante creati,
Et fera ſub rigido pectore corda gerunt:
Quêis non terrificus præcordia conterat horror,
Cum datur offenſi cernere ſigna DEI.
Talia ſigna DEI quid adhuc Germania rides?
Oſtentis ullum pondus ineſſe negas?
Quærere ſi pergis toties cur lugeat æther,
In promptu cauſſa eſt: vita peracta malè eſt.
Odiſti lucem, ſinceraq; dogmata Chriſti,
Nulla tibi ſummi cura relicta boni.
Crede, ſalutiferi quod ſpernis lumina verbi,
Non impunè tibi ſemper abire poteſt.
Magna pericla tibi reſtant Germania, reſtant:
Sed DEUS incaſſum faxit ut omen eat.
Quanta ſit Europæ turbatio, conſpice, quantus
Sit furor, incertas diſce timere vices.
Ah, ah extremum tibi Teutona terra minatur
Exitium, fœdis ſquallida criminibus.
Subdubito, quo te lachrymarum flummine plangam?
Quod potes has ventis tradere dura minas.
Aut perdet Scythicæ rabies te dira cohortis,
Damna ferox Moſchus vel tibi magna feret.

Nam

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Nam feritate ſua ſuperat quoſcunq; Tyrannos,
Atq; intentatum nil ſibi linquit atrox.
Gens noſtra interea civili mota furore,
In proprium mittit noxia tela caput.
Hæc fore ſic certum eſt, precibus niſi flectat Iovam,
Auferat impendens mitis ut omne malum.
Ipſius ad placitum mores mutare laboret:
Errati veniam nocte dieq; petat.
Poſtulat haud aliud nitidi dominator Olympi,
Principis Edictum mandat, & urget idem.
Hoc humana volunt, hoc biblia ſacra repoſcunt,
Hoc ſuadet pietas, utilitaſq; monet.
Eja una mecum templo ſuccedat Iovæ,
Huîc ita per Chriſtum vota referre velit.

CHare pater cum ſis placatus ſanguine nati,
Triſtia clementi numine fata leva.
Tu meritum Chriſti, non crimina reſpice noſtra,
Ne nos ulterius ſors inimica premat.
Vertere digneris mœſtos in gaudia queſtus,
Et dare Chriſticolis ſecula læta velis.
O Deus in tanto miſerarum turbine rerum
Bella, famem, peſtes, noxia pelle mala.
Solus es omnipotens, in te ſpes noſtra recumbit,
Solus eris clypei, præſidiiq; loco.

DEPLORATIO

Anchora ſolus eris, munimen, murus, aſylon,
Dæmonis inſidias tolle, moveq́ dolos.
Lethiferos forti dextra compeſce Tyrannos,
Ne lacerent regni vivida membra tui.
Faucibus é mediis ſævi nos eripe Turci,
Barbara Moſcoviæ ſpicula frange ducis.
Oro ſecunda geras ſcreptra, oro, Rodolphe ſecunde
Cæſar, & incolumis ſit domus Auſtriaca.
O maneat ſtirps clara diu, totuſq́ ſupremi
Imperii felix floreat uſq́ ſtatus.
Clivenſis Pylios valeat Dux noſter in annos,
Qui patriæ pater eſt, portus, & aura meæ.
Principe ſub tanto felici pace fruatur
Ravensburgenſis fertilis ora ſoli.
Salva Monaſterii ſit præſidis aula ducalis,
Tradita quæ fidei Jane *VVilhelme tuæ.*
Ingenii, licet exigui, mihi quantula virtus,
Dicere Juliacum *fertq́ cupitq́ decus.*
Satrapa Neſtoreos vivat Bylandius heros,
Cujus vix habeat VVeſtphalis ora parem.
Tu Caſpare diu Ledburnæ gloria gentis
Vivas, nobilium, Pieridumq́ decus.
Magnus es eloquio, facit experientia, præſes
Ravensburgiaca ſis ut in arce ducis.

Flati-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Hujus Seculi.

Flatibus optatis clarus pietate Senatus,
Jura; velut ſuevit, civibus æqua ferat.
Vitaq́, ſit juſsis precor effice trinus, & unus,
Congrua noſtra tuis hîc, & in arce poli.
Hoc eſt, quod mecum aſsiduis Eccleſia votis
Orat, in adverſis quam relevare velis.
Sed mea nunc portus defeſſa carina quietos
Appetit, ergo ratis complico vela meæ.

EJUSDEM EPIGRAMMA AD ZOILUM, ET PARUM CANDIDUM lectorem.

ZOile mordaci quin ceſſas carpere lingua?
Quæ tibi non ſcripſit, ſed mea Muſa probis.
Sunt Helicone procul, Thyrſo longeq́ remota;
Vera tamen: falſi ploro ſubeſſe nihil.
Non excultaſatis, decet ut, mea carmina, Phœbum,
Atque Maronæis verſibus æqua nego.
Hos cecini verſus, ſtrepit anſer ut inter olores,
Ut tua rumpantur viſcera, more pari.
Nilq́ moror, quod eos naſo ſuſpendis adunco,
Carmina ceu vili pectine ducta fluant.
Naſo quàm laqueo ſuſpendi mitius eſſe,
Si neſcis per nos experiâre licet.
Digna Marone canant alii, quêis carminis auctor
Tradidit Aöniæ plectra ſonora lyræ:
Ast mihi vix modicè guſtanti Phocidos undas
Sit ſatis incultis hæc ceciniſſe modis.

ANTI-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ANTIQUITATE GENERIS, VIRTUTE, DOCTRINAQUE PRÆSTANTI VIRO, VVeſſelo de Greſt: ſummi Bilveldiæ prætorii aſſeſſurâ clariſsimo, amico ſuo in primis obſervando.

Quum, VVeſſele, tuos capio, clariſſime, verſus:
Ut comes, allicior, ſim, ſociusq́; viæ.
Iam procul egreſſi ſpaciamur ab urbe per agros,
Flectimus ad ſylvas, ut ſedeamus, iter.
Carmina dum cœptas reſidentibus ædere nobis
Muſica frondoſum concitat aura nemus.
Echo per totum circumſonat undiq; montem:
Cum Muſis Clarius viſus adeſſe mihi.
Auribus arrectis ſedeo: tu promere pergens,
Exhilaras aures, corq́;, animumq; meum.
Atq; ita me lepidos concentus aure notantem,
Attrahis in modulos ceu Philomela pares.
Protinus accenſus querulæ modulamine vocis:
Hoc exile cano, te præeunte, melos.
Nemo in utramq; ſui ſecurus, dormiat aurem:
Virga parata malis quoſq; ciere poteſt.

Non

Non modo quàm varient cæleſtia ſigna tueri
Chriſtus, & ex ipſis noſſe futura jubet:
Verum etiam maculas vitiorum cernere ſontes:
Atq; timere ſibi prompta flagella reis.
Altitonans miris aſtrorum motibus orbem
Terret: at oblitus crimen in omne ruit.
Degener antiqui faſtidit ſacra: Deiq;
Ac hominis vero non is amore flagrat.
Multis, ceu dubitent, num pœna ſit ultima: præſens
Vita nec eſt curæ: ſumma nec hora necis.
Non urbis Solymæ meditantur fata, minaci
Quæ domini fletu diruta tota fuit.
Hæc DEUS exhibuit certa argumenta futuri:
Cladis & hæc veré ſigna ſequentis erunt.
Nempe quod immineat cathedræ cenſura ſupremæ:
Vaticinatus enim Chriſtus utrumq; fuit.
Iſta ſed Æoliis tradunt ut inania ventis:
Sancta nihil vatum verba, minæq; juvant.
Nam velut inſinuat contages impia Mundi:
In vetitam ferimur ſus quaſi lota luem.
E Styge Pandoram dicas cum pixide miſſam
In terras: tabem fundat ut inde mali.
Eſſe vel aëreis dejectam ſedibus Aten,
Quæ gravat humanum pernicioſa genus.

Quin

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Respondemus huic illud Homerianum de [illegible], 7 [illegible], Odyss. 9 [illegible]
[illegible] sunt deos Speculatores [illegible]. Hi sunt [illegible] [illegible]
et [illegible] addere possent, ut accedunt ad contemplationem [illegible], [illegible]
alii [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]. [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] — Contra [illegible], qui ut [illegible] [illegible] [illegible]
dicta [illegible] [illegible] [illegible], nomine [illegible]. Sed
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] Rem
[illegible] [illegible] habent potentiam. Si quis [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible], ut [illegible] influentia
[illegible], [illegible] [illegible], ut [illegible] [illegible]
[illegible] magis [illegible]. Nomen Literarum est a [illegible]
[illegible] dicitur a [illegible] [illegible] [illegible].

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Quin Erebi vacuas vel ab omni Dæmone claſſes:
Orbis & hunc cunctas pervolitare plagas.
Incantatrices complerunt omnia Sagæ:
Quas tenet obſeſſas impietate Sathan.
Monſtrat idem ſacri ſpoliator miles, ab ipſo
Ut cor fœmineum: ſicq; virile regi.
Sic meritos vindex nos dextera punit Iovæ:
Ira uti tarda ſolet ſævior eſſe DEI.
Nam tandem aut bello lapſos, aut peſte coërcet:
Aut ſolet ex eſa nos onerare fame.
Fax ſtygis urit adhuc, multos gravat æris egeſtas,
Inſtat & horrendi flebile Martis onus.
Immo ſub his turbis noſtros civilibus agros
Tentat Turca potens milite. Moſchus item.
In centone mali ſtratos niſi pœnitet, altam
Demiſſaq; pii fronte rogamus opem:
Adveniet quum nos minime ſperabimus hoſtis
Exterus, in media nocte ubi cuncta ſilent.
Quare agite in multam peto vos ne ſtertite lucem,
Surgere quos vigiles tempus, & hora monet.
Exſurgat primus de ſomno, & origine patrum
Afflicti curam paſtor ovilis agat.
Nobilitate graves gladium cum Cæſare ſtringant:
Lædere ne quemquam cogitet hoſtis atrox:
Vos

Vos quoq; ruricolæ proſcindite vomere terram,
Ut ſit in officio cuilibet eſca ſuo.
Turpe ſoporifero jam nunc torpere veterno,
Surgat in aſcitum quiſq; fidelis opus.
Interea nobis paulatim irrepere veſper
Cœpit, in occaſum nube fugante diem.
Surgimus extempló, & curſu properamus ad urbem:
Quiſq; domum: laßi quo recreemur: abit.
Quæ ſunt Muſarum, quæ ſunt ibi prodita Phœbi
Præſidis afflatu parva papyrus habet.
Illa tuis, Greſti, volui ſubjungere threnis:
Percitus ardenti cordis amore tui.
Perge citare graves Baccho, ſomnoq; ſepultos,
Muſis, & noſtro principe digna canes.
Officium nec tu præſtabis inutile, forſan
Exemplo fuerint talia lecta piis.
Diſcere tormentum non eſſe Tyrannide majus:
Emendare ſuam nequitiamq; velint.

Johannes Grevingius
Canonicus Bilveldienſ.

LEMGOVIÆ,
Excuſum Typis CONRADI
Grotheni.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

In artem medicam ode Sapphica Jo: [illegible]

Anno 1585

[illegible] mensis februarij

vel Nullus adversa

Nemo [illegible] sine clade vivit.

[illegible] hunc [illegible] gravat hunc [illegible]

[illegible] annorum premit hunc adurit

Morbidus aer.

Ut suos manes homo quisque ~~[illegible]~~

[illegible] coeptum [illegible] unde — Illud acceptum [illegible] unde.

Lapsui primi ~~[illegible]~~ [illegible] Adami — Lapsui primi [illegible] in [illegible]

~~[illegible]~~. — Nota lapsu [illegible]

Hunc [illegible] dolores

Unde dimanat genus omne morbi,

Quod [illegible] pedum plantis, sua [illegible]

[illegible] nobis mali [illegible]

Munera praestant.

Hunc [illegible] in capite [illegible]

Et fluit nodo gravius hunc podagra, — Atque nodosa [illegible]

[illegible]

Nota [illegible].

Horribilis morbus venit hunc; [illegible]

Hunc apoplexis, phthisis, asthma [illegible]

[illegible], lumbago, [illegible] hunc

~~[illegible]~~

Lapsui

Lapsui [illegible]

Prona [illegible], [illegible] ~~[illegible]~~ — [illegible]

[illegible] nostra, [illegible], [illegible]

[illegible] mirantur.

Auxerunt multo prius [illegible]

[illegible], [illegible] habet [illegible],

Et novis morbis, [illegible]

Nomina desunt.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Attamen plures medicum doctores
Nunc vident arteni: furantque plures
Qui professores medicos doctos ~~[illegible]~~
~~[illegible]~~ prosequuntur

Ostendunt quid confert ~~[illegible]~~ morbos, [illegible]
Consulit ad tantum gravidos dolores,
Et vertit oculos [illegible]
[illegible] curam.

Namque nunc [illegible] [illegible], [illegible]
Esse [illegible] [illegible] [illegible]
Mortis [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] multos

Abditum [illegible] modo novit alto
[illegible]

Maximis [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] Deus [illegible], nec [illegible]
[illegible], ut perdat [illegible] labor
Insidijs.

Cum [illegible] nos [illegible] in [illegible]
Mortis aggressus velut imperator
Cernit, quorum [illegible] [illegible]
[illegible] atrox

Nunc tamen contra medicamen offert
Corporis praesens: atque nostra
Languidis [illegible]: medicina [illegible]
[illegible] [illegible]

Misit ut [illegible] medelam,
Corda quae [illegible] maculis piaculis
primus gratam [illegible] ministros
[illegible] nostro tribuit ligamine
Curans illustrem medicus artis [illegible]
Indidit miracul[illegible] omnibus herbis.

Dehinc tot nobis [illegible] medere
Et [illegible] mediatus annos
Plurimos [illegible] dominus [illegible]
Talia proferet.
Haec tibi, credere bonum [illegible] singula [illegible]
Ut tui morbi [illegible] possis,
[illegible] [illegible] satius [illegible]
[illegible] fontem

Retibus [illegible] lupus, [illegible] praeda
[illegible] tolli [illegible] omni
Sic [illegible] morbo [illegible] [illegible]
Comprehendunt.
Et [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] vulgus [illegible] imperitum,
[illegible] [illegible] [illegible]
Ludificant.
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible],
[illegible], [illegible] [illegible],
[illegible], et [illegible] dona nulla [illegible]
posse [illegible].

[illegible] Apibus [illegible] plagas [illegible]

adhibere curam
Et tibi praesens.
vel longe

Non sibi soli voluit [illegible]
[illegible] [illegible]: [illegible] salute
[illegible] bene [illegible]
publica vult et.

[illegible]

Hunc librum [illegible]
[illegible] [illegible]
optimo [illegible]
[illegible] [illegible]

[illegible]

prius [illegible] duravit
Desmond erat [illegible] fuerat
[illegible]
principem, Dum [illegible]
Hunc brevem amplecti velit, et congra
[illegible]
Orat, ut Christi [illegible]
[illegible] foeli manere mundum
Qui suos [illegible] animis [illegible]
Dicat. Amen
Rebelldig [illegible] Domingius [illegible]

vel
Rursus [illegible] petit illa parem
[illegible] a nobis [illegible]
[illegible] animis [illegible]
Dicat. Amen

fruit [illegible] Deus [illegible] parem
det, [illegible] a nobis

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

[illegible]clam sed palam agendum [illegible]

οὐ ῥᾴδιόν ἐστι τὰ γραφέντα πεπραγμένον [illegible]

Prov. 21. in angulo sartum ... illud

Sæpius locutum esse pœnituit, siluisse nunquam.

Qui propria tacere non potest, quomodo is aliena celet?

Non temere aperias cor tuum, nisi cum probis converseris, illud enim fatui est.

Sapiens cum necesse est, palam se defendit, cum antea recte se egisse sciverit; propter malos autem cogitur aliquando palam detegere suam mentem.

Ovid: de medicamine faciei
Non redit ad fontes unda suprema suos

Zachariel Raphael Samael Gabriel M[illegible]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Th
5946